

Johann Affelmann Joachim Lizovius

De Descensu Christi Ad Inferos Dissertatio : (qua demonstratur Articuli I. simplicitas II. veritas ex scriptis tam Propheticis quam Apostolicis ...)

Rostochii: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737588144>

Druck Freier  Zugang



Vert. J. Lixovius

J. Affelmann/c

R. U. theol. 1616.

DE
DESCENSU
CHRISTI AD
INFEROS

Dissertatio

(quæ demonstratur Articuli I. simplicitas II. veritas ex scriptis
1. in Prophetis quàm Apostolicis, in. 1. persona discendentis integritate,
2. Inferni profunditate, 3. temporis opportunitate, 4. modi proprietate
5. finis fructibus, necessitate & ubertate, 6. status majestate, & 7. Corollarij
Baco, Vocum singularitate)

In Inclita Academia Rostochiensi

Ductu & Auspicio Dei Opt. Max.

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clarissimi atq; Excellentissimi Viri,

DN. JOANNIS AFFELMANNI

SS. Theol. D. & Prof. celeberrimi, Præceptoris
& fautoris sui ex-amussim suspiciendi,
& colendi,

Publico τὸν Θεολογικῶν Examine
Subjecta à

JOACHIMO LIZOVIO

NeoRupinensi Marchico.

Habebitur disp. ad diem Nov. horis à 7 matutinis in aroaterio majore.

ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog. Anno 1616.

Ex
Bibliotheca
demide
rochiensis

D E

DESCENSU CHRISTI
AD INFEROS

Thema Theologicum.

Vtrum is peculiarem & distinctum Symboli
Apostolici fideiq; Christianæ constituit articulum, a quæ credendum,
ac cæteros? & numquid ejus verus ac genuinus intellectus, secun-
dum omnia requisita, vel saltem primaria capita, & quantum in hac vita
sufficit, ex infallibilibus & firmissimis sacrarum literarum testimonijs posse
deduci & demonstrari?

Enodatio.

Duo sunt presentis thematis membra sive capita, quibus
velut cardinibus, universum negotium voluitur, expediturq;:
Unum, articuli hujus simplicitas, Alterum, ejusdem veritas.
Utrumq; dum affirmo, & adsertionis diædori fundamentalem
ac perspicuam meditor.

Obsecro:

O flamen huc sedeto,

Immota commoveto,

Quæ salsa sunt moneto,

Quæ vera sunt doceto.

MEMB. I.

1. S. Articuli de descensu Christi Simplicitas varie jam olim a
Pargis fuit lancinata, & in miras dirasq; opiniones, etiam nostræ, prob do-
lor, seculo, miserrime distracta. Dicam nihil de opinionibus hereticorum
Veterum 1. Marcionis, 2. Christolytarum, 3. facientium cum Origenistis &
Chiliasis, 4. statuentium ex quodam pseudo-Evangelio Nicodemi, & ne-
scio quibus alijs fabulosis traditionibus, quarum nec postrema illa Niceta de
Platone ex inferis liberato hæc Christi descensu, deniq; 5. Psephopannichita-
tam. sem. Dormitantiorum, quorum fatuitatem hodie denuo incurstant Ana-
baptiste.

baptista. Hæc enim omnia doctrinarum portenta tanta sunt (verbi Athanasi ad Epictetum loquor) ut, qui solùm audiit illorum scditatem statim animadvertat. Videatur de his, si libet, Exegema Cramerian. Saper hoc art. part. 2. cap. 1. p. 213. & c. 7. p. 330. seqq.

II. S. Porro nec de Patrum sententijs multa hic congerere attinet, quarum aliqua verbo Dei sunt consentaneæ, aliqua, licet dubiæ videantur sensum tamen admittunt sobrium, Ceteræ, quia inconcinne nimis, nec, nulla plane falsæ, merito stipulis annumerantur. Ex harum censu una atq; alteram refert Dn. D. Gerhardus, Vnam Clementis Alexandrini lib. 6. Strom. statuentis, Christum descendisse ad Inferos unâ cum Apostolis, ut Evangelium prædicaret mentibus damnatis, & spem salutis adferret credentibus. Inquam ego, Ergone ex inferno liberatio? Alteram Chrysostomi in alt. expof. symb. referentis Descensum ad inferos ad virtutem miracula edendi; quâ Christus multos mortuos suscitavit. Sed absq; fundamento. Vide sis Gerhardum tom. 1. loc. th. d. perf. Christi thes. 149. p. 758. & si placet plures id notæ Φρασεως cognoscere, evolve dictum Cram. lib. ibid. c. 2. p. 227. seqq.

III. S. Ad Scholasticos devenio. Sed nec illorum evolvere nugamenta omnia hoc loco constitui. Sufficiat notasse, quod ne quidem ipsi inter se conveniant. In questione enim, utrum Christus ad unum tantum inferni conclavæ, an verò ad singula, quæ comminiscuntur, adeoq; præter voraginem damnatorum, circum infernum, & limbum Patrum, ad purgatorium etiam devenit? à Thoma de Aquino, Christo purgatorium præcludente, dissentit Thomas de Argentina, cum intromittens, ab utroq; Durandus, ad nullum inferni locum descendisse Christum per substantiam, sed tantum per effectum, statuens, quem etiam postea securus est Picus Mirandula. Rationem addit notabilem, quia Scriptura inferni loca non distinguit. Id quod rectissime adserit contra fabularum fabricam de ejusmodi quatuor inferni contignationibus. In altero verò seductus est ab Aquinate, qui primus distinctionis illius autor, unicum limbum patrum excipiebat, in ceteris effectum tantum & efficaciam admittens, verum sine effectu & inefficacem. Taceo reliquis Scholasticorum trocas & plicas, quibus se & alios & hi & alij impediunt in hoc artic. de duratione & modo descensus Christi, item, de integritate persone descendens cum sermo est; de quibus commodius infra.

17. §. Quorsum etiam relego expositionem quinquiliarum hinc
& inde extra scripturam collectarum, quas Pontificij & Jesuita in deliis
habent. Et quanquam à Scholasticis discrepare videri volunt, ut videre
est apud Ballam. tom. 1. controv. 2. l. 4. de Christo c. 16.
maximam tamen partem amiles ipsorum fabulas retexunt, & spurio insuper
Nicodemi Evangelio, de quo ante, interpolant, imprimis verò, mediante hoc
artic. in limbo suffalcendo, quem Paradisum & sinum Abrabæ nimis
ἀδύωσ κῆ ἀθεοδύωσ indignant, (vide Compend. Theol. verit. papi-
sticæ puræ, lib. 4. c. 22.) valde sunt operosi. Sed, ut dixi, de his & alijs
aliorum (etiam D. Epini, Flacij) figmentis & pigmentis inferius suo
loco.

V. §. Impresensarum soli prodeant Sacramentarij, quos alio no-
mine Calvinistas saluamus. Mirum dictu, quomodo hi & inter se & à
se ipsis dissensiant, discrepent, adeoq; articuli hujus enervare simplicitatem
plenis romis velisq; satagant. Quidam enim 1. ἐπιταφιασ de morte in-
terpretantur, ut sit sensus, descendit ad inferos, id est, mortuus est Zvingl.
in Exposit. fid. fol. 552. Bucerus in Joann. Quidam 2. de se-
pultura, ut sit sensus, sepultus est idem Bucerus in c. 27. Matth.
Beza vol. 1. f. 461. & c. 2: Act. Apostol. Piscator in c. 2.
Act. Apostol. Aretius part. 1. probl. p. 144. Ursinus in
cateches. p. 326. Witacker. de scriptura controv. 1. quaest.
6. Drusius 4. observ. 23. Quidam 3. de morte & sepultura simul, ut
sit sensus, verè mortuus & sepultus est, ita ut contra Valentianos ista re-
zantes res tanto esset evidentior. Bullinger in cap. 2. Act. Apostol.
Quidam 4. de toto humiliationis statu, hoc sensu: Christus passus, mortuus
& sepultus est, atq; ita descendit, hoc est, omnibus modis adeoq; extreme et-
iam humiliatus est. Sohnius tom. 2. oper. p. 239. Nec impro-
bat Bucanus in instic. l. 25. Alij 5. Μεταφορικῶς de divi animæ
cruciatibus exponunt, quos Christus in agone, maxime in horto cum sangui-
nem sudaret, & in ara crucis cum se derelictum clamaret, sustenuit.
Calv. l. 2. Inst. c. 16. f. 10. & in Jobum, fol. 515. Bucan.
d. l. Ursin. d. l. Kecker. in tyft. Th. p. 347. Trelecius in
locis pag. 113. Heidelbergenses in Catech. q. 44. Sadecl.
Polanus, Junius, Alij 6. de cruciatibus, quos Christum in ipso infer-

mal.

i alio loco sustinuit. et in Elacio statuunt. Zanchius in compend.
 Nonnulli 70. *Metalepsin* seu per metalepsin de virtute & efficacia mor-
 tis ac meriti Christi ad defunctos etiam promanentes, hoc modo, Christus
 id est, Christi meritum seu mortis Christi vi. descendit, id est, promanens
 pervenit, ad inferos, id est, defunctos, seu mortuos & sic illis quoque profuit.
 Zvinglius, col. epist. 3. Bullingerus decad. i. in Symb.
 qui insuper addit: Et sic indies ad nos quoque descendit in virtute non in
 persona, Vel 8. de effectu & fructu passionis, mortis, & sepulturae Christi
 simpliciter, nempe destructione regni Satanae. Sohnius d. l. Denique 9.
 sunt qui de emigratione animae Christi in paradysum & in sinum Abrahae sive
περὶ τῆς ἐπιδημίας sive *ἐπιδημίας*, interpretantur, Zvingli. tom.
 2. p. 527. P. Martyr. in loc. p. 722. vel 19. qui de profectioe i^{ta}
 statum & locum quendam invisibilem reliquarum animarum, adeoque medi-
 um inter caelum & infernum, accipiunt. Martyr & Junius ex Oc-
 colampad. in Zachar. pag. 263. Qui etiam sinem assignat hunc, ut
 ibi predicaret patrius, qui pie quidem vixerant parum offensa lege natu-
 rae, Deumque coluerant, ignorato tamen filio, sicut Cornelius in Actis, seu
 ut illis se videndum exhiberet, & in regnum suum (paradysum) beatos i-
 psorum spiritus, sicut latronem induceret. Sed sit modus nugarum, cum
 ex dictis satis constet, quantopere fluctuent illorum conscientiae, nihilque adeo
 in quo acquiescant, reperiant, ubi semel à simplicitate fidei discessum
 fuerit.

VI. S. Neque verò quempiam hic turbet quod uni eidemque inter-
 preti diversas & pugnantes opiniones assignatas videt. Re vera enim non
 modò non inter se, sed ne quidem cum semetipsis consentiunt, id quod in i-
 nitiis dictum. Et produco ejus rei testem ex *περὶ τῆς ἐπιδημίας* Bucanum, qui
 posse hunc articulum, vel 1. ex Patrum, vel 2. ex Sohni, vel 3. ex Calvi-
 ni sententia intelligi. l. 25. instit. scriptitat: quod serò sibi eà de re non
 constet, & salva fide possit ex his unum aliquod credi, aut omnia in medio
 relinqui. Quam licentiam quidvis aut nihil credendi de descens. Chri-
 sti ad Inf. etiam Martyr sequitur, omnia, praeter quae superius adducta
 sunt, Pyrrhonicè disputans, nec quicquam certi definiens. class. 3. loc.
 com. Nec divortium ab hoc Cothurno faciunt Hemmingius in syntagma.
 Zanchius in compend. Repete huc & conser opin. Francisci Janii
 Bullingeri

Bullingeri, Sohny, Zwinglij, quibus adde novorum Reformatorum Berli-
 nens. mentem duplicem (Jac. 1. v. 8.) qui & Beza de sepultura & Cal-
 vini de anime angoribus sententiam amplectantur. Vide Dial. avorop.
 cont. D. Hoë. Berlin. edit. sub. tit. obs war sey. Verum cum
 veritas rei unica sit & simplex, & præterea 2. Descensus Christi ad infe-
 ros articulus fidei, qui sic in medio relinqui nequit, aut in diversas discre-
 pantēs opinioniones trahi absq; incredulitate & fidei abnegatione; Scriptura
 etiam 3. satis perspicue de illo (ut de omnibus) suam exponat sententiam,
 id quod deinceps patebit, manifestum est, novos Reformatores, vulgo
 Zwinglio-Calvinianos, errorem errare crassissimum, in schola Christiano-
 rum neutiquam ferendum. Sit *ἀμφὶ τῆς ἀνάβητος* apud Philosophos,
ἀμφὶ τῆς ἀνάβητος certe *ἀμφὶ τῆς ἀνάβητος* est apud Theologos.

VII. S. simplicissima igitur & verbo Dei consentanea nostrati-
 sum sententia hæc est, ut *τὸ πρῶτον* sensu literali, proprio & historico, de
 descensu vero & reali intelligatur, hoc modo: Jesus Christus Dei filius
 Dominus noster quemadmodum re vera à Spiritu Sancto in utero Mariæ
 virginis fuit conceptus, re vera & secundum litteram ex virgine natus, re
 vera passus, crucifixus, mortuus & sepultus, ita etiam re vera & secundum
 litteram, prout verba sonant, absq; ullo *ἑρμηνεύσει* & latente *διακρίσει*. descen-
 dit ad inferos, hoc est, postolato redemptionis pretio pro delictis totius mundi
 in infernum quoq; seu *τὸν ἕρως* illud horrendum Diabolorum & omnium da-
 mnatorum, se demisit, ibiq; mortis, diaboli & omnis infernalis potestatis vi-
 ctorem ac debellatorem se declaravit, enter, præsentem, potenter &c. Huc
 pertinet illud Augustini, ubi inquit, Credite Christum pro peccatis nostris
 passum sub Pōrio Pilato, credite crucifixum, credite mortuum, & sepulchrum, credite eum ad
 infernam descendisse. Et quod alibi ait (ep. 99.) Quis, nisi infidelis, ne-
 gaverit apud inferos fuisse Christum? Quid? quod ipsos Adversarios sententia
 nostra approbatores habemus: Ita enim Anhaltini in confessione
 Neustadij, apud Matt. Barmisch edit. Anno 1581: Christus
 mortuus propter nos ut victima, descendit pro nobis ut victor, ostendens de-
 structam esse fidelibus à (se) servatore tyrannidem Diaboli & Inferorum, hoc
 est, liberatos omnes, qui credunt in Christum, à potentia Diaboli, & infer-
 ni, juxta scripturam dicta Osee 13. 24. 1. Cor. 15, vers. 26. Simplicissima
 igitur est sententia, quod Christus ostenderit suam victoriam diabolo, & eos
 eruerit. Quorsum etiam inclinat aretius in problemat. qui in sci-
 tur col.

eur collegis, quod in ita varios allegoricos sensus detorqueant hunc articulum à simplicitate intelligentia literalis. Totas, inquit, Ecclesia illum articulum agnoscit, (Zanchius, particula hæc, ait, universali Ecclesie consensu recepta est, & ex puro verbo Dei desumpta, Calvinus: Articulus hic tanti interest ad redemptionis nostræ summam, ut illo præterito multum ex mortis Christi fructu depereat.) Optandum igitur fuerat in hac questione, ut & in alijs articulis fidei esse uniformem doctrinam, quod fieri poterat, si totæ præsertim servaretur, sine scrupulosa interpretatione. Hæc ille. Et videtur hic, quodam loco, planè nobiscum sentire, nisi quod putat solam animam Christi descendisse ad inferos. Id quod de Anhaltinæ quoque verum est.

IIX. §. Cæterum ex omnibus (supra recitatis Sacramentationum opinionibus nulla fere est, quæ non à proprijs factionis suæ socijs sit redarguta & confutata. Prima quidem item secunda & tertia de morte & sepultura redarguta & refutata est à Calv. lib. 2. instit. c. 15. §. 18. vrs. in catech. p. 313. Zanch. in compend. Aret. part. 1. probl. 65. p. 193. Sobnio tom. 2. op. p. 259. his fundamentis: quia obstat 1. symboli brevitatis, Non est, inquit Ursinus, verisimile in hoc symbolo tam brevis & succincto eundem articulum bis poni. 2. Ægyptiæ proprietatis, de qua Junius format canonem: Quoties duæ locutiones rem eandem exprimentes conjunguntur, ita ut altera (posterior) sit exegesis alterius (prioris) posteriorum priore clariorem esse convenit. Et addit, his vero contra feret. Nam obscurius est, descendere ad inferos, quàm sepiliri, vel etiam (addo ego) mori. Quarta opinio, de toto humilitationis statu, iisdem corruit fundamentis. Et probandum Sobnio fuerat, quod descendere ad inferos significet humiliari, & quidem in hoc articulo, ut inde manifesta & gravis constet ratio, cur à litera discedendum sit. Quinta, de diris animæ cruciatibus in horto & cruce, rejicitur à Sobnio tom. 2. operum, art. 3. p. 239. Aretio part. 1. probl. 65. fac. 198. Argumenta sunt 1. series articulorum symboli Apostolici, quæ testatur, omnes Christi passionibus, maxime gravissimas illas seu infernales, præcessisse tempus mortis & sepulture. Unde Aretij Canon: In symbolo hic ordo servatur, ut quæ tempore præcessere, tempore succedant, hoc est, Temporis in re gesta ordo servatur etiam in expositionis serie. 2. eorundem analogia, quæ requirit, ut sicut reliqui præcedentes omnes, ita etiam hic: πῆτος non μετὰ φωνῆς accipiatur. Sexta, de cruciatibus in loco infernali, refutatur à Bullingero

Ringero in Act. c. 2. hoc argumento: Sublatâ causâ morbi, sublatuâ etiam
 est ipse morbus. At cruciatus causa jam sublatâ fuit, peccatum nempe,
 quod expiatum Christi sanguine. E. quoq; ipse cruciatus. Aut inefficax
 erit Christi hostia salutaris; quod qui adserit, sacrilegus reputatur. Assen-
 sit Aretius, qui à *ἄλλοις* iudicat, Christum etiam post mortem adhuc sensisse
 iratum Patrem, & animam illius cum doloribus inferni colluctatam. Idem
 alij quoq; iudicant. Vide Sap. 3. vers. 1. Septima, de efficacia mortis ad
 inferos promanantes, repudiatur à pleriq; omnibus. Et rectè. 1. quia ab-
 surda & violenta est interpretatio. 2. quia imminuit numerum articulo-
 rum fidei, & quod pluribus competit, uni tribuit. 3. quia tollit literalem
 articuli sensum. Quid si qui hoc modo etiam reliquos articulos expli-
 cet? e. g. hunc, ascendit ad cœlos: Cœlis, id est, electi in Ecclesia tri-
 umphantes, Christus, id est, virtus mortis seu meriti Christi, ascendit, id
 est, illis quoq; profuit & applicata est. Apage sis cum hac *νεβελία*!
 Octava, de fructu passionis, reprobatuâ à Calvinianis Marpurgensibus &
 multis alijs. Quippe quæ abluat à scopo, & articuli actum cum ejusdem
 fructu confundit. Nam in secunda symboli parte non agitur de fructibus, sed
 de actibus & partibus gestorum Christi. Nona, de abitu animæ in para-
 disum, ipso etiam sono quorumvis mediocriter doctorum aures non parum
 offendit, adeoq; ob insignem *ἀνευθελοῦσαν* absurditatem, contradictionemq;
 implicationem, merito repudiatur. Decima & Ultima, nihil dissent à
 Pontificiorum limbo nisi solo nomine. Ad quem Bucanus in insit. Quor-
 sum hoc, inquit, cum post mortem prædicationi & resipiscentiæ locus non sit
 relictus? Tantum de Calvinistarum divortio, deq; primo thematis nostri
 membro, articuli hujus simplicitate. Plura huc pertinentia, qui cupis, ad
 D. Eckardi tractatum de hoc articulo, c. 2. p. 12. seqq. cap.
 4. p. 28. seqq. c. ult. p. 77. 78. D. Cramerum part. exeg.
 J. c. 4. q. 2. 3. 4. §. p. 134. & seqq. part. 2. c. 6. p. 309.
 Confer etiam, si vis, quæ extant hanc in rem apud D. L.
 Hutterum Præcept. meum colend. in explicat. libri con-
 cord. p. 917. & sec. Gesnerum disp. 14. in form. con-
 cord. p. 463. & seqq. Forsterum in thes. catech.

II. MEM.

II. MEMBRUM.

Veritas articuli sequitur, quæ in nudo symbolo Apostolico, quod vocant, non acquiescit, probante Cramero *part. 1. exeges. c. 3. q. 1. p. 49. seq.* consonante Förstero *d. lib. dec. 1. problem. 1. & 2.* Ideoq; deducenda illa venit ex ipso Dei verbo & scriptis Prophetis ac Apostolicis infallibilibus & ἀξιοπιστοῖς, unde testimonia pro hoc articulo suppetunt omni exceptione majora, ut nullum os sit impudentius, quàm Scoti illius Joannis Duns, qui negavit posse hunc fidei articulum probari ex sacris literis.

I. S. Principiò autem, in ipso testimoniorum numero, aliqua occurrat difficultas. Sunt enim ex nostris, qui duo tantùm afferunt, unum Vet. Test. Hos. 13. v. 14. alterum Novi Test. Eph. 4. v. 10. Alij, horum vestigijs pressius insistentes, habent quatuor, ita, ut prioribus duobus adjiciant Psal. 16. v. 10. & 1. Petri 3. v. 18. 19. 20. Demum quidam rem uberius & luculentius declaraturi, superioribus addunt locum Ps. 68. v. 19. & Coloss. 2. 19. ut ita in univèrsam numero nunc sex testimonia articuli veritatem probantia circumferantur. Numquid appositè? de eo fortè posset quærì. Verùm acceptare nos modèste gratoq; animò singula non dubitabimus, quanquam cum quodam discretionis sale. Sic enim & salva erit viri illis, quàm meritis spectantur, honorificentia, & tanto major articulo huic ex tot testimonijs accedet claritas, quanta ei initio ex eorundem paucitate erat obscuritas. Discretio autem hæc videtur adhibenda, ut distinguatur inter testimonia 1. quæ articulum hunc probant explicitè & ἀσπλάγῃς, & quæ illum proponunt implicitè & ἰμπλῆτως 2. inter testimonia, quæ de illo simpliciter loquuntur & nudè, & quæ ejus simul actionem singularem significanter exprimunt ac graphice.

II. S. Hu ita præsuppositis, ut nunc ordine progrediamur, producamus 1. locum Ps. 26. vers. dimid. 10. ut qui primus de hoc articulo in scriptura occurrit, ubi Christus (testibus Apost. Petro Act. 2. 25. & Paulo ibid. c. 13. v. 33.) sic loquens introducitur: Non derelinques animam tuam in inferno. Verba exigua, sed multum, ob contradicentes, negotij facientia.

B

facientia. Quicquid sit, duplicem in verbis, animam meam, comprehendit
 Synecdochien: Unam dico propriam, quæ pars essentialis humane nature pro
 tota humane nature ponitur, anima videlicet pro animato, seu tota persona.
 Vide Gen. 46. v. 27. Alteram impropriam & analogicam appello, quæ
 deinde per partem personatam, tota Christi persona intelligitur, duabus na-
 turis, divinâ & humanâ, constans, nempe juxta canonem Theologicum. In pro-
 positionibus de Christo, interdum ponitur nomen natura & intelligitur tota
 persona. Sic h. l. nomen est natura humane, (anima,) quod tamen non
 intelligendum exclusivè de natura humano sola sive separata, vel seorsim sub-
 sistente (extra enim τὴν ἄσζον non est) sed inclusivè de humanitate Chris-
 ti, quæ sive quatenus & in quantum illa subsistit, in persona τὸ ἄσζον
 ac ei est ἐν ὄντι. Quod & assecutus videtur interpret latinus vulga-
 rus, qui Græcæ versionem, non derelicta est anima, exponit, non dereli-
 ctus est. Act. 2. v. 31. Quæ loci versio, si potest exegesis exacta, simpliciter
 repudiari non debet. Denominare autem se Christum ab anima potissimum
 voluit, quia ab anima vicam habuit, naturalem puta, ut quæ maxime in
 oculos incurrebat; non alteram illam supernaturalem ac divinam, quæ ab
 unione personali. Vide Joh. 1. 4. Proin facest Beza, nam loci hujus per versio
 quæ vocem anima ὄντι hic per cadaver exponit, & vocem Inferni ἄσζον
 per sepulchrum. Anima enim, quid notet, jam didicimus, & quod vox
 cadaveris nullo modo Christi copari etiam mortuo & in sepulchro
 facenti, tribui queat, probatum accuratè dedit Dominus Præses in prælect.
 publicæ, ratione, puta, omnium causarum, 1. efficiens. 2. materia. 3. for-
 ma. 4. finis: quarum nulla in isto quidem term. hæc accommodari potest.
 Non Efficiens, quia Christi corpus caruit impulsu per vim morbi, vel alte-
 rius rei conferentis corruptionem, & sponte ponitur, Joh. 10. 18. Jes. 53-
 9. Non Materia, quia fuit è sanguine sanctificato Luc. 1. 35, ideoq;
 "ὄντι ad corruptionem, quæ à peccato est, non habuit. Non Forma,
 "quia mansit vis vivifica Christi in corpore perpetuo. Solitarium quidem fuit
Christi corpus ab anima & vita Quærens, sed non ab ipso ἐν ὄντι & ὄντι distra-
ctum ὄντι. Non Finis, quod in præputulo est, & olim typicè adum-
 bratum per ligna ὄντι nullam vel cariem vel putredinem admittentia, è
 quibus arcæ fæderis constabat Exod. 25. v. 10. confer Gesnerum disp. 14.
 in lib. concord. p. 477. thes. 43. seq. Forsterum in disp. in
 symb. Apostol. dec. 4. probl. 4. thes. 25. & s.

III. §. Porro.

III. S. Porro quia Christi anima in sepulchro nunquam jacuit, neq; ipse Christus in quantum & quatenus animam habuit, recte inferri per infernum, Heb. ἄδης , Græc. ἄδης h. l. non sepulchrum, ut Beza interpretatur, sed locum damnatorum, adeoq; infernum proprie ita dictum, venire. Quæ vocis utriusq; significatio propria & genuina probatur postea. Et pertinet huc Canon Theologicus: Ubi nulla nos cogit necessitas, ut à literalis sensu discedamus, ubi eam debemus tueri. Item hîc ex abundantia: ἄδης pro sepulchro, ac φοβη pro cadavere, in N. Instrumento nusquam reperitur. Ut &: Quando carnis & anime distincta sit mentio (ut hoc loco) hæc pro illa accipi nequit. Atq; hæc pro vero verborum horum intellectu. Ubi non moramur Hezam ac complures, qui illa simpliciter de resurrectione accipiunt, ita hoc fundamentis, quod Petrus Act. 2. 31. ad ad resurrectionem tantum applicet, Descensus interim ad Inferos nullâ factâ mentione. Resp. enim, eo ipso Petrus potius ad Psalmi verba sequentia respexit: Nec dubi sanctum tauum (carnem Christi, ipso interprete) videre corruptionem. Quæ quia connexa cum hîc non derelinques & quippe uno contenta versiculo, noluit illa temere sequestrare; immo nec debuit, quia ex utriusq; thesauri suum de resurrectione constare poterat, sicut & artificiosè conuerti sunt ambo hî articuli. Ex illis quidem primario & formaliter, ex hîc verò secundario & consequenter, hoc modo: 1. Cujus caro non debebat videre corruptionem illum oportebat ex morte resurgere. At Christi caro &c. juxta Psalmi verba. E. 2. Qui dolebat animatus adesse (immo egredi) inferno, illum oportebat prius, postquam jam mortuus erat, iterum vivificari, & consequenter resurgere. At Christus debebat, juxta ejusdem verba E. vides sequelam bonam! Et videtur hic iterum applaudere nobis vulgaris interpretis, qui particulâ geminâ, necq; duas distinctas res, vel duos fidei articulos isto textu numerari, & non unam & eandem per synonymas voces effert, innuit. Sicuti etiam, non sine causa, bis ab apostolo reperitur textus v. 27. & 31. Confer Paulum Act. 13. 34. 35. Quid? quod expedita res tota est, dictâ distinctione inter explicationem rei primariam & secundariam: Item, 2. applicationem explicitam & implicitam, ut & 3. Canone, quo edocemur, posse unum eundemq; scripturæ locum diversimodè accipi &c. ἀναλογίαν fidei, circa aliquam absurditatem, ita scilicet, ut alteri aptetur ἄδης, &c. formaliter & absolute, alteri

verò de utroque consequenter & relatè. Qui canon & inde manantes distinctiones si observentur, malis obviam ire poterimus difficultatibus, quae saepius recurrent in expositione caeterorum etiam dictorum, quae sequuntur. Id quod semel praemonens, & applicatum deinceps quoque, sicubi opus fuerit, volq.

IV. §. Caeterum non est, ut quis hic Sophisticetur, & quae nos intelligimus de descensu Christi proprio, hoc est, victorioso & potentia, illa, cum alijs, malit intellectum de metaphorico, hoc est, calamitoso & patientia. Non est inquam, propter fundamenta sequentia. v. propter totius psalmi scopum evidentem, qui versatur in vaticinando seu desinendo futuram laetam passionis & mortis dominicae catastrophem. 2. propter verborum immediate antecedentium connexionem, quae non sunt patientis aut dolentis, sed vincentis & insultantis, non supplicantis & optativa, sed irrepudiantia & indicativa. Attende enim v. 8. & 9. qui uterque totidem verbis, cum v. 10. hoc, conjunctim reperitur Act. 2. 24. 25. 26. 27. attende, inquam, & accurate perpende: Annon omnia sint bene habentis, confidentis, latantis, triumphantis & annon, particula quoniam, quasi indica digito ista huc applicet? Certè evincit hoc ipsa verborum coherentia. Attende deinde phrasæ hujus equipollentiam: Non derelinques דַּוָּן-אֱלֹהִים Heb. quid hoc aliud, quam educes, seu liberabis, & quidem velocissime, ut Lutherus interpretatur? Quis enim formula illa est privativa (Luthero negativa vehementius affirmans,) per positivam hanc, seu affirmativam, equivalenter, & rectè effertur, ut sit sensus: Tu pater cum Spiritu Sancto tuo, qui & meus est Job. 16. 15. c. 17. 10. uti ego sum tuus (sumus enim unum Job. 10. 30.) non me animatum derelinques in inferno, sed certè & velocissime educes & liberabis: immò ipse me educam & liberabo muruà ac pari opera Jes. 63. Est enim hac actio, opus ad extrinsecum, & ob id toti Trinitati communis. Jam quis iterum non videt potentia esse hæc verba, non patientia, & intelligenda de descensu glorioso, non calamitoso, ut quæ fiducialem potius & certam de patre immo de Christo ipso pollicitationem, quam anxiam auxilij divini, pro liberatione ex inferni doloribus, implorationem designent, §. Propter Apostoli necessariam hinceductam sequelam. Ita enim ille v. 24. & seqq. εἰ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, impossibile erat illum (Christum) remeri à morte: David enim dicit de eo, non dereliqui animam meam in inferno &c. Argumentum erit tale: Si Christus non erat derelinquendus.

III. III.

in inferno, impossibile quoq; erat illum teneri à morte, seu in morte deservire
 qui. Verum prius. E. & posterius. Ratio conseq; quia Christi descensus
 & resurrectio è morte hactenus pari passu ambulans. Uterq; enim actus
 ζωοποίησιν seu vivificationem necessariò præsupponit. Quantum igitur
 (quoad retentionem) imbecillitatis à psalmista adferbitur inferno, quan-
 tum impossibilitatis ab Apostolo morti tribuitur, tantam ex adverso (quoad
 eluctationem) facultatis & possibilitatis adsignatur & attribuitur Christo
 in infernum descendenti & à morte resurgenti. Sed nolo in re plana esse
 longior. Argumenta quæ obijciuntur, recitantur & refutantur à D. Eck-
 tract. c. 3. p. 17. s. confer Dn. D. Cram. part. 1. exeg. c. 3.
 p. 56. s. item c. 4. p. 120. s. part. 2. c. 4. p. 282. s. Uterq;
 præter Dav. Lobeck, disp. 9. in form. conc. de hoc artic.
 Rostoch. habit: anno 1600. th. 3. ex D. C. L. Affelm. nostr.
 Præf. dignis. in disp. de Person. Christi ibid. Anno 1614.
 sept. 10. qu. 8. §. 2. ἐμὸν ψῆφον habet B. Luth. In concione
 Torg. & quod evictum jam arbitror, Apostolum Petrum, cujus testimoni-
 um omni exceptione majus.

V. §. Succedit locus secundus ex Ps. 68. vers. 19. ubi dicitur: capti-
 vum seu captivum fecisti captivitate. Verba hæc, breviter quidem, numero syllabarum,
 sed ponderosa admodum gravitate rerum, Apostolus Paulus Eph. 4. 8. de
 Christo explicat, & ad ejus, tum descensum ad inferos, tum ascensionem
 ad celos, applicat; Sensus verò in tertia persona nervosè sic effert: ca-
 ptivum duxit captivitatem. Quo nomine intelligenda verba psalmi, per
 anallagen temporis præteriti præ futuro, quæ in vaticinijs, ob eventus certi-
 tudinem, frequens est, non tantum, quoad vim meriti (sic enim pluribus
 applicari articulo posset) sed imprimis quoad rem actionis, ut innuant the-
 atricum quasi Descensus illius actum, qui in captivando, seu in captivando;
 hoc est, vincendo & vinciendo, consistat. Non captivos, vult psalmista
 dicere, qui poterant esse damnati in inferno, non solos captivantes, mortem
 & Diabolos, sed ipsam captivavit captivitatem, carcerem puta infernalem,
 & sedem illam Diabolorum ac potestatis infernalis universæ; quæ omnia
 κατ' ἐξουσίαν ita dici merentur. Quando verò captivatio hæc plene fa-
 cta è an cum captivationis aliquid repareretur? non dixerim, quia sic præ-
 potens hanc & victoriosam actionem, quæ captivavit, unâ eademq; opera

B. L.

peccata

peccatum; mortem, Diabolum, infernum, maledictionem legū, & eternam damnationem (vides prædam & spolia! inquit Chryssostomus) adscribere versanti adhuc in statu profundissimo & abjectissimo exinanitionis, ubi non ab ipsa potius captivitate captivatus diu poterat, tantum aberat, ut ipse tunc hanc, ratione actus captivitatis captivaret. Quare ad alterum longe augustissimum & gloriosissimum Exaltationis statum hæc referenda sunt, cuius initium, cum ipsa reviviscencia seu vita recuperatione descensum Christi infernalem jam ante statumur.

VI. §. Neg. est, ut quis obijciat, verba psalmi immediate antecedentia & sequentia clamare, referendum esse dictum unice ad adscensionem Christi ad caelos, & nullo modo ad descensum ad inferos. Resp. enim in promptu est, tum ex supra dato canone, tum ex distinctionibus. Specialiter tamen hæc distinguendum iudicis, inter captivitatis vincionem seu ligaturam & inter ejus ductionem seu tracturam. Siquidem necessum est, ut de quo velimus triumphare, primum sub potestatem nostram redigamus. Quo facit Lutherus distincta versione respexit, dum in psalmo habet: Du hast das Gefengnuß gefangen/ in epist. ad Ephes. ubi illa accommodantur. Er hat das Gefengnuß gefangen geführet. Illa (vincio seu captio) das fangen oder binden / ad adscensionem proprie pertinet, & in voce, captivam, later: Hæc (ductio seu protractio) daß führen oder schleppen) ad adscensionem proprie spectat, & verbo, duxit, exprimitur. Itaque igitur captivam ducere captivi ligaturam involvit & includit: ita Adscensio ad caelos Descensum ad inferos implicat & præsupponit; tantum abest, ut illum hoc in loco tollat aut proferbat. Quid? quod ipse Apostolus d. l. Ephesino idem doceat, qui occasione & interpretatione huius versiculi egregie incipit concionari, non modo de Adscensione sed & descensione, ut supra diximus, & paulo post patebit dilucidius. Apostolus suffragatur Damascenus l. 3. Orthod. fid. cap. 29. ubi in locum Ephes. sic commentatur: Descendit, inquit, ad inferos: quomodo vel quid agendo? captivam ducens captivitatem. Veri, Rev. Dn. præc. Cramer. part. 1. exeg. c. 3. p. 67. & l. c. 4. p. 129. quem & ego, tenentia fidei analogia, hæctenus sequor.

VII. §. Pergo ad locum, ordine Biblico, tertium, qui desumitur ex Osee 13. v. 14. ubi Christus de se ipso, per os Prophetæ sic vaticinatur: De manu inferni redimam eos, à morte liberabo eos, Ero pectus sua o mors.

Erit morsus tuus in inferno! Sensus repetitur à Paulo 1. Cor. 15. 54. 55. &
 applicatur ad Christi membra, seu Ecclesiam triumphantem, hinc verba: Cum
 ἡ φθαρτὴν ἀφθαρτοῦ καὶ τὸ θνητὸν ἀθνητοῦ, hoc est, corruptibile
 hoc incorruptibilitatem & mortale hoc immortalitatem induerit, tunc fiet
 sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam, ubi est mors stimulus
 tuus, ubi inferne tua victoria? Quæ verba tantum abest, ut nobis (vide
 Jes. 25. v. 8.) de Christo vaticinium hoc intelligentibus resurgatur, ut
 potius eandem hanc sententiam solidissime confirment. Ita enim ex illis
 infero: Si vaticinium hoc Osee in Ecclesia perfecte demum implendum post
 militiam, hoc est, in triumphante, & cum φθαρτὴν hoc induerit ἀφθαρτοῦ
 & c. sequitur, in Christo etiam omnimode demum post militiam impletum,
 & ubi jam triumpharet, vel, ut Apostoli verbis utar, ubi demum & ipse
 induisset ἀφθαρτοῦ καὶ ἡ ἀθνητοῦ. At prius est juxta Apostolum. E.
 & posterius. Ratio consequentiæ est in unione illa, quæ Christo tanquam
 capiti cum Ecclesia tanquam corpore seu membris intercedit arcuissima, de-
 scripta Ephes. 5. v. 23. Unde Canon: quod multa in scripturis de Ecclesia
 dicantur ἐπιπέσω, quæ de Christo accipienda ἡγαμέω, & πνεύματι.
 vide tom. 5. disp. Giess. p. 15. Relinquitur ergo, verba hæc, pro-
 phetica pariter & apostolica, primò & principaliter accipienda esse de Chri-
 sto, & quidem proprie de ejus victoria, quam exanillata morte obtinuit, &
 descensus suo ad inferos, reali triumphanter declaravit. Quod porro sic de-
 demonstro. Si vaticinium hoc impletum in Christo tanquam capite post-
 quam induisset jam ἀφθαρτοῦ atq; ἀθνητοῦ & verd illam induit de-
 mum finito exanitionis status, in ipso resurrectionis, seu potius revivifica-
 tionis momento, sequitur de descensu Christi ad inferos illud accipiendum
 esse. Ratio: quia eo ipso puncto illum descensum esse factum, pie credi-
 tur, & probabitur inferius. Jam verum Antecedens, quod constat. Ver-
 rum ergo & consequens.

LIX. S. Dices: At sic ad ascensionem quoq; ad caelos applica-
 bitur? Resp. distinguendum est (ut Dn. Philip. Nicolai alicubi inculcat,
 quanquam aliorum) inter victoriam & triumpham, & hujus quidem ite-
 rum. 1. initium. 2. continuationem & consummationem, eamq; 3. a-
 nimodam & absolutam. Initium completi hujus vaticinij, adeoq; vi-
 ctoria, & triumphus initium, in initium cadit exaltationis, & sic in de-
 scensu.

*scensum ad inferos; Continuatio verò & consummatio (siquidem glorie
 huius, ut rectè inquit Gesnerus dilp. d. p. 515. certa fuerunt incremen-
 ta & gradus) in Adscensionem ad caelos recidit, & in nunquam finienda
 durabit secula. Inquit: videtur tamen, eandem cantilenam Christum
 quoq; in passione & morte potuisse inchoare? Resp. Sit ita, non tamen
 plenâ & perfectâ (ut sic loquar) voce, quia durabat adhuc status profun-
 dissima exinanitionis, in quâ morsus quidem erat (largior hoc) inferno
 ejusq; principi Diabolo, sed ab eodem remordebatur, juxta illud Gen. 3.
 15. Semen mulieris (Christus) conteret caput serpentis (infernalis) &
 serpens morderit calcaneum ejus. Maximè igitur & inprimis cum demum
 ἠντίστοιχόν hoc (ita vocat Eusebius) Christus intonare potuit, & inferno, (u-
 bi stimulus tui) insultare, ubi sic morsum antiquo serpenti inflixerat, us
 nequequam ab eo amplius ipsius remorderetur calcaneum, id quod cum ini-
 tio induta ἐφ' ἄρκους, hoc est, revictionis & victoriose descensionis factum
 esse, aliquoties jam dictum est. Neq; movemur, quod de solo fructu de-
 scensionis, vel etiam, Universalis meriti Christi, nonnulli verba hæc acci-
 piunt. Ratione enim vocis, redemptionis, quæ hic habetur, etsi quidem
 concedimus, ratione tamen insultationis triumphi, seu carminis, quod Apo-
 stolus innuit, ab actu ipso illa minimè excludimus. Et γενικόν seu
 universale nomen includit ἐδικόν seu speciale? ratiocinatur hanc in rem
 Dn. D. Hurterus d. lib. concord. artic. 9. p. 95). & seq. ubi & D. Hieronymum citat, qui inquit: Christus descendit in infernum,
 & caro ejus non vidit corruptionem, & ad ipsam mortem & infernum lo-
 cutus est: Ero (sum) mors tua o mors; Ero (sum) morsus tuus o infer-
 ne! Confer Dn. D. Cramer. part. 1. exegetem. c. 3. pag. 62. &
 l. c. 4. pag. 128. qui nobiscum consonat.*

IX. §. In scriptura N. T. ad quam nunc progredimur. pri-
 mum occurrit locus Eph. 4. 9. qui eadem illa verba Psal. 68. 18. superius
 adducta, & ab Apostolo hoc capite citata, immediate excipit. Verba te-
 xus ita habent: Quod autem adscendit, quid est nisi quod etiam descen-
 dit primum in inferiores terra partes? Qui descendit idem ille est qui e-
 tiam adscendit supra omnes caelos, ut impleveret omnia. Nimirum quæ Psal-
 mista explicite vaticinatus fuerat; de adscensione, ea nunc Apostolus per-
 prætat, & pro descensione non excludenda sed includenda ex mutua

relativè

relative oppositarum affectione, argumentatur, hanc in modum: *Ille qui ascendit, necesse est, prius descenderit.* At Christus ascendit, juxta Psalmem. E. necesse etiam est, idem prius descenderit. Et iterum: *Qui ascendit super omnes caelos tanquam ad summorum summas, ille, necesse etiam est, descenderit ad inferiores terrae partes, tanquam ad Infimorum infima:* De Christo verum primum ex Davidis mente. E. & secundum. Ceterum dispendium, hoc in loco, potissimum est, quia *ἐγερν, quā* *ἱερν,* quid veniat illa phrasi, In inferiores terrae partes, quippe hinc totius dicti genuina pendet explicatio.

X. §. Quod ad *ἐγερν*, non intelligitur hic, per inferiores terrae partes I. Mariae virginis *ἱερν* uteris, ita, ut de Christi incarnatione sit accipiendum, uti quidem nonnulli interpretantur ex Psal. 139. 15. ubi David inquit, fecisti me in inferioribus terrae, id est, in profundo utero matris. Verum probatio hac aliena est, quia alia est phrasis, descendere in inferiora terrae, & alia iterum, in inferioribus terrae fieri seu formari. Illa, proprie abitus ad sedem damnatorum notatur, hac, metonymice per inferius materie inferius materiati designatur. Terra enim mater omnium nostram, & ex ea uti constat & profeminatur, ita in illam vicissim resolvimur, inq. ejus aliquando gremium recondimur Gen. 3. 19. 2. Paulus loquitur, quod probat textus *συζωοῦσα* & *συζωοῦσα*, de Christo, seu *λόγῳ* non *ἐκ τῆς*, verbo non incarnando, sed *ἐκ τῆς* incarnato. Quomodo ergo ad incarnationem pertinebit? Numquid Christus incarnatus in utero materno denuo conceptus dicitur? *ἐγερν*. 3. Reclamant locorum extremorum (summorum & infimorum) *ἐπιπέδον*. Nam caelo, & quidem Supremo, opponi uterum Mariae matris, iterum plane est absonum. Neq. II. per Inf. terrae partes hic intelligitur Christi sepulchrum, aut status humilimus, ut accipiendum sit, de omnimoda ejus exinanitione, quemadmodum Calviniani probare hoc conantur ex antithesi seu oppositione ascensus & Descensus. Hec quid aliud, inquit, innuit, quam referendum esse descensum ad exinanitionem, sicut ascensum ad exaltationem spectare per se patet. At Resp. opponuntur quidem hic descensus & ascensus ratione loci (late sic dicti) infimi & supremi, ratione v. status, hoc est, gloriae & majestatis eadem computantur, quippe quam Christus in utroq. actu declaravit aequè potenter, licet modo, pro diversitate subjecti, diverso, nempe, apud inferos modo judiciali & destructionis, apud superos seu, aliter modo gratiose

gratios ac reparationis; qui tamen discrepans modus iterum in fine quodā generico convenit, & vers. 10. τῶν πάντων πληρώσεως seu universalis impletionis appellatione insignitur. Rev. & CL. Dn. Praeses cit. Iuperius disput. & quaest. §. ult. ita respondet: Opposito, inquit, hoc loco inter descensum & adscensum fit, non quia descensus & adscensus oppositi sunt status, sed quia oppositae sunt species unius generis, quod est exaltatio. Descendendo enim non adscendit, & contra. 2. Opposito fit non intuitu statuum ac graduum, sed duntaxat ratione apparitionis & manifestationis. In descensu enim exhibuit suam gloriam Diaboli & impijs hominibus, in adscensu verò ostendit suam gloriam Deo, & beatis tam Spiritibus, quam hominibus, & per eam ad dexteram Dei pervenit. Haec ille. Refer huc & confer Act. 1. 11. & 1. Thes. 4. 16. ubi Christus aliter se in caelo patefecit adscensu, aliter in terra ad iudicium extremum manifestabit descensu, interrim immobiliter manens in eodem exaltationis statu.

XI. §. Relinquitur igitur, quā Ἰέρου, per infer: terrae partes venire locum damnatorum seu infernum proprie ita dictum, ut ita non nisi de Christi ad inferos descensione accipi mereatur, quod probo hoc syllogismo: Quod infimorum est infimum, illud per inferiores terrae partes hic intelligitur, ut oppositionis, quae est in textu. At infernus est infimorum infimum, utpote μαθ' ὅν ἐκ ἐστὶν ἕνεκεν (ut ait Chrysostomus) hoc est, post quem nihil est aliud (profundius) sicut ex opposito, caelum summorum est summum, post quod similiter non datur aliud (altius) ē. Inquit: cur ergo Infernus notatur per Inferiores terrae partes, num; quod is locus quidam sit corporeus, in terrae visceribus profundissime depressus, seu, in centro terrae constitutus, ut vult Bellarmus? Resp. Mystice haec phrasid est intelligenda, non physice, theologice non geometricè, & spectanda Inferni inferioritas, non ratione veri & corporei loci, sed distantiae & absentiae à gloria & beatitudine caelesti; quā quid inferius, abjectius, miserius? Hinc verba illa Theophylacti & Augustini explicant, non καὶ λέγειν & ἀνευ Ἰέρου, sed καὶ διανοίας & μετὰ Ἰέρου, adeoque, καὶ ἢ ἢ δόξαν secundum communem vulgi opinionem, hic καθ' ὁμοίωσιν & ἀναλογίαν secundum rerum corporalium similitudinem. Sicut enim (verba sunt Augustini) secundum corpus Φυσικῶς inferiora sunt graviora, ita secundum spiritum ὑπερφυσικῶς seu μουσικῶς inferiora omnia sunt tristiora. Vide inferius po-
rism.

rism. 2. An verò, & quomodo, ex Pauli verbis finalibus, ut impleat omnia
 (ὅτι πᾶσι τῶν ἁγίων) argumentum pro nostra sententia de hoc articu-
 lo netti possit, ipsa docebit collatio. Confer, de hoc loco quarto, Basilium
 in Psal. 44. Item Theodorem, Chrysostomum & alios, è Theol. nostraribus Ln.
 Hutter. d. loc. pag. 936. & I. in primis pag. 942. Dn. Cramm.
 part. 1. exeg. c. 3. pag. 71. seq. c. 4. pag. 130. c. 5. pag.
 171. part. 2. pag. 287. 321. D. Eck. in tract. c. 3. pag. 21.
 seq. ex Calvinianis Bucan. in instit. loco 25.

XII. §. Venio ad locum ordine quintum, qui extat Col. 2. vers.
 15. Ubi de Christo Apostolus us pergit: Et exspoliatos principatus ac
 potestates traduxit confidenter, seu (ut versu, habet Erasiana) ostenta-
 vit palam, triumphans de illis per semetipsum. Proximè antecedentia
 vers. 14. (ac delecto, quod adversus nos erat, chirographo, quod erat con-
 trarium nobis per decreta, ipse verò sustulit è medio affixum cruci) loquun-
 tur de fructu salutari totius operis Redemptionis Christi, conspicuo ut maxi-
 mè in passione. Confer Dan. 9. 24. & 1. Joh. 3. 8. Consequentia,
 que initio posuimus, appositè huc tantum quadrant: ἐπέκειντο οὐρανὸν
 καὶ γῆν, καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδευράλοισιν ἐν παρρησίᾳ. Δεξάβενοις
 αὐτοῖς ἐν αὐτῷ. Lutherus optimè & significanter vertit: Ex hac
 ausgezogen die Fürstenthumb/ vnd die gewaltigen/ vnd sie
 schaw getragen offentlich/ vnd einen triumph auß ihnen gemacht.
 Quid nomine τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν, der Fürstenthumb vñ
 gewaltigen veniat, puto constare 1. in genere, ex Col. 1. 16. ubi angeli,
 2. in specie ex Ephes. 6. 12. ubi angeli mali seu Diaboli sic dicuntur. Con-
 fer locum 1. Cor. 15. vers. 24. & 26. It. Heb. 2. v. 14. Luc 10. vers.
 22. & c. Vox ἐδευράλοισιν verbi δευράλοισιν forensis est, & singu-
 laris importantia. Descendit à nomine δεῦρα, quod apud Athenien-
 ses locus fori fuit, in quo merces exponebantur in specimen. Hinc
 δεῦραλοισιν notat idem, quod in exemplum aliquid ostendere, Item,
 exemplum probrosum in aliquem statuere, seu, cum ignominiosa pompa osten-
 tum habere, vel etiam, ut ab omnibus digno quasi monstrari possit, palam
 traducere. Coincidit enim verbi huius simplicis significatio etiam cum
 composito παρὰ δεῦραλοισιν, quod vertitur traducere à vulgato, infama-
 re ab Erasmo, ignominia exponere à Theod. Bezas rügen/ hoc est, anrűch-
 tig

eig oder zu schanden machen für den Leuten d. Luthero. Vide Matth.
 1. vers. 19. Vox deinde $\pi\epsilon\pi\eta\eta\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ non minus ponderosa est, si integrè
 perpendatur. Nam, ut rectè Suidas annotatum reliquit, duplex est
 $\pi\epsilon\pi\eta\eta\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$: Una activa & militaris, quæ sit opere ac potentiâ, Altera rbe-
 torica & verbalis, quæ sit sermone seu eloquentiâ: quarum illa inprimis
 huic spectat, ut quæ singula fortiter à Christo & considerenter in hoc descensu
 peracta inuuit. Patet igitur, Apostoli mentem in adductis verbis hanc
 esse, Christum descendendo ad inferos $\delta\epsilon\upsilon\kappa\lambda\iota\tau\omega\varsigma$ seu $\delta\epsilon\alpha\gamma\gamma\alpha\lambda\iota\tau\omega\varsigma$ ad-
 de & $\pi\epsilon\pi\eta\eta\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$, se exhibuisse, hoc est, intrepide, modo militaris
 quin pro autoritate, & quâ prævalebat, potentiâ, principatus ac potestates
 infernales (oci furios & lemures) omnes, adeoq; universam Diabolorum
 & adhaerentium cohortem ac cohortem, quam, è passione & morte eluctatus,
 vita & viribus resumpsit, confuderat, conspicientibus, procul dubio, Deo O-
 ptimo Maximo, omnibus angelis, & bestiarum animarum choro, in exem-
 plum protraxisse, ac palam ostendendo se Hyperaspisten ac Mgisstram, spe-
 cimenque illustre recuperate & antiquaq; salvæ gloriæ, recuperate vitæ,
 obtentæ potentie & victoriæ, edendo, traduxisse & diffamasse. Vide hac
 de re eleganter & suse differentem Rev. & Clariss. Præc. D. Daniëlem
 Cramerum. part. 1. exeg. pagina 78. & seqq. Item pagi-
 na. 131. Adde & Gesnerum disputat. 14. in form. con-
 cord. pagina 518. thes. 10. Hutterum lib. in form. con-
 cord. pagina 952. Lobeckium disputat. de hoc articulo
 thes. 6. in $\epsilon\kappa\tau\eta\sigma\iota\varsigma$.

XIII. §. Ad Sextum & Ultimam me confero locum, omni-
 um ut pulcherrimum, ita difficilimum, juxta illud: $\chi\alpha\lambda\epsilon\pi\omega\tau\epsilon\alpha\ \tau\epsilon\alpha\ \rho\epsilon\gamma-
 \lambda\alpha$. Extat it. 1. Pet. 3. vers. 18. 19. 20. & ad Græcam veritatem sic
 sonat: Christus mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu, in quo
 etiam profectus spiritibus in carcere prædicavit (rectius præconium fecit)
 qui aliquando erant increduli, cum semel expectaretur Dei longanimitas
 in diebus Noe cum arca fabricaretur &c. De horum verborum sensu ve-
 ro & germano anxie laboratur, & variant interpretes, miris modis. Qui-
 dam enim explicant de predicatione pœnitentiæ, facta à Christo, per No-
 am præconem justitiæ, ad homines mundi jam jam puniendi diluvis. Alij,
 quorum autor Augustinus, referente Huttero, de predicatione quadam spiri-
 tuali

*uali interpretantur, facta per Christum, tempore Noe, hoc est, ab initio
 mundi, animabus hominum in peccati carcere & tenebris ignorantiae con-
 strictis & à Satana captivatis, quodsum allegant ex Es. c. 42. 7. & 161.
 Vel, ut Echardus recitat, de operatione quadam divina & spiritali à mun-
 di primordio, tum intus, per occultas Dei ipsius inspirationes, tam extus, per
 pias Sanctorum admonitiones, exercita in hominum mentes seu animas, cor-
 pori, tanquam carceri, inclusas. Nonnulli, quorum dux & choragus est
 Bellarminus, stabili hinc posse limbum patrum, autumant, ad quem Chri-
 stus descendendo ad inferos sit profectus in spiritu, hoc est, (juxta illos) ani-
 mâ. Deniq; sunt, qui de habitu Christi in Paradisum exponunt. Regre-
 dere & confer supra notatas opiniones Clementis Alexandrini, Zvinglij, Oe-
 colampadij, &c.*

*XIV. §. Singulas autem hasce opiniones mentem Petrinam
 minime assequi, ex sequentibus, è textu collectis aphorismis, patet ad ocu-
 lum. I. Sermo hic est de Christo $\text{Ἰαὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος}$, hoc est, Deus & hō-
 mine, seu λόγος καὶ σὰρξ considerato, aut respectu tantum animæ, sed
 incarnato & integro, quod constat vi vocum. 1. Christi. 2. ὡς ἄνθρωπος .
 3. καὶ θεός , quod postremum (Echard. pag. 25.) propriè sumptum
 λόγος καὶ σὰρξ vix conveniet. II. Πορεία seu profectio hæc facta est
 non ante, sed post Christi 1. Passionem. 2. mortem. 3. vivificationem.
 Inspice textum. III. Vox Carnis, hoc loco, Christi significat non solum
 corpus, sed totam humanitatem, hoc est, anima & corpore constantem cum
 assumptâ infirmitate: Vox verò spiritus, in quo abÿsse dicitur Christus, non
 animam à corpore separatam, multo minus verbi ministerium, vel aliud;
 sed ejusdem notat divinitatem, non quidem materialiter, hac vice, sed effi-
 ciciter, hoc est, virtutem & potentiam vivificatricem divinam, cum essen-
 tialem & absolutam (Actor. 13. 30. Col. 2. 12.) tum personalem & re-
 latam (Joh. 2. 19. c. 10. vers. 18.) Quo pertinet canon Theologicus 3
 In Scriptura, cum de Christo est sermo, quoties caro & Spiritus opponun-
 tur, Spiritus notat divinitatem, caro humanitatem. Vide Rom. 1. vers
 3. 4. 1. Tim. 3. 16. Confer 2. Cor. 13. vers. 4. IV. Sicut per $\text{ἀνά-
 τωσιν}$ seu mortificationem intelligitur anima & corporis Christi dissolutio,
 ita per ὡς ἄνθρωπος seu vivificationem utriusq; intelligitur readunitio. Quod
 meuri seorsim, toti verò supposito rectè assignatur. V. Vocabulū Φυλάκην
 hæc*

hoc est, carceris seu custodia, non significat hic 1. corpus humanum mortale, quod quasi animi sit carcer, neq; 2. limbum Patrum, qui velati mittori hoc nomine exprimitur, nec 3. $\pi\tau\acute{\alpha}\varsigma$ celeste, in quo tanquam in custodia asservuntur beatae mentes, expectantes resurrectionem carnis, quia neq; huius, neq; illius, neq; istius significati exemplum in scriptura extat; Sed 4. custodiam & carcerem infernalem, adeoq; Tartari barathrum & horrendum $\pi\tau\acute{\alpha}\varsigma$ damnatorum, quippe in quo detenti $\alpha\pi\epsilon\iota\theta\epsilon\tau\acute{\alpha}\varsigma$, iam iudicati Joh. 3. vers. 18. Vide de hoc significato locum Matt. 5. 25. Luc. 12. 25. Luc. 12. 58. Apoc. 20. 7. & imprimis e. 18. 2. VI. Per $\pi\tau\acute{\alpha}\rho\epsilon\varsigma$ seu Spiritus in illo carcere, non veniunt 1. ipsi homines tempore Noe vivi, nec 2. anima corpori adhuc inclusa, quia utrumq; a textus litera est alienius, nec 3. anime Sanctorum Patrum & Patriarcharum V. T. vel etiam, 4. ceterorum fidelium vita sanctorum spiritus; Sed Spiritus & anime damnatorum, nominatim & in specie eorum, qui tempore Noe in incredulitate & impoenitentia decesserant, uti ex textu liquet. Et notetur hic imprimis, quod dicamur $\alpha\pi\epsilon\iota\theta\epsilon\tau\acute{\alpha}\varsigma$, id est, imper-suasibiles & inobedientes non leviter sed contumaciter & $\kappa\alpha\tau'\ \epsilon\acute{\iota}\xi\omicron\chi\eta\nu$ Vide 2. Tim. 3. 2. Tit. 1. 16. e. 3. 30. Act. 19. 9. Rom. 10. 21. Heb. 3. 18. 19. Praeq; carceris confer 2. Pet. 2. 5. ubi ipsi hi nomine $\alpha\iota\omicron\tau\epsilon\varsigma$ hoc est, impiorum designantur; quod ad sanctos, vel quosvñ fideles accommodare, nimis esset rigorosum ne dicam injuriosum. VII. Verbum $\epsilon\chi\eta\gamma\upsilon\zeta\epsilon\nu$ reddendum est, non, cum vulgato, per predicavit, ita, ut coherere & convenire pntes cum voce $\epsilon\upsilon\eta\gamma\gamma\alpha\lambda\iota\omicron\delta\eta$ e. 4. vers. 6 quia predicatio hac Evangelij est universalis, & ad omnes omnino homines pertinet, adeoq; ad eos etiam, qui tempore Noe vel V. T. vixerunt, qui mortui ibidem dicuntur, ratione illius tunc temporis, quia cum Petrus hac scriberet, mortui erant; olim autem, cum ijs predicabatur, vivebant. Qui ergo locus iste huc quadrabit, ubi specialior quaedam & longe diversissima attenditur predicatio? Illa e. 4. verbalis est, & ut ita dicam, favorabilis. Hac cap. 3. reali est & terribilis, illa gratiae, directa ad institutionem & consolationem, hac ignominiae ad redargutionem & confusionem & c. Vide Luc. 16. v. 25. 26. 29. 31. Aliam ergo requiritur verbi huius expositionem? Ecce! $\epsilon\chi\eta\gamma\upsilon\zeta\epsilon\nu$, id est, praeconium fecit. $\kappa\eta\upsilon\zeta$ enim praeco & $\kappa\eta\gamma\upsilon\zeta$ praeconium, unde $\kappa\eta\upsilon\zeta\epsilon\nu$ praeconium facere, vocabula forensia sunt, & significant publicam aliquam denunciationem seu proclama-

proclamationem, ut & actus theatricos ediderim, legum, sententiarum, item actionum & quae sunt similia. Quae significatio prima & propria (altera enim illa, quae de ministerio verbi usurpatur, quae legem, quae Evangelium, tantum est secundaria & metaphoricæ, hac deinde applicata) si rectè attendatur, & cum significato verbi *δειγματισμῶν* (quod superius habuimus) itemq; *παρρησιᾶς* conferatur, evidentissimè demonstrabit actum descensus Christi ad inferos, singularem, theatricum & quasi forensem. Neq; insolens illa videri debet, in ipsa etiam scriptura, cum juxta canon. Theologic. quod activum & reale, sepius inibi nomine exprimat verbaliter, e. g. sanguis defuncti Abelis dicitur clamare Gen. 4. 10. & adhuc loqui Heb. 11. 4. non quidem oraliter & verbaliter, sed realiter & efficaciter, exemplo nempe 1. verae fidei, & 2. cruenti, quod subire coactus fuit, martyrii. Sic Hebraeam *קָרַן* non modò verbum seu vocem, sed & negotium atq; actionem in scriptura significat. Vide eruditè hanc Hebraismum explicantem D. Chemnitium p. III. Theologum verè magnum & incomparab. in tract. de duab. naturis cap. 23. fol. 118.

XV. §. Quibus omnibus ita constitutis, formare jam quilibet iudicium facili negotio poterit, quid de supra recitatis dicti Petrini interpretationibus sit sentiendum; quid item, si de reali descensu Christi ad inferos exponatur, sit statuendam. Quam expositionem nos, utpote ad textum proximè accedentè, & omnium optime quadrantè, lubètes volètes retinemus, relictis ceteris, suis, pro re nata & rata, autoribus & defensoribus. Atq; eo nomine habemus beatum Lutherum *ὁρθόψηφον* in comtr. sup. Gen. c. 7. tom. 6. lat. Wit. fol. 100. ubi locum hunc horsum referri posse non ineptè iudicat, etsi quoad perfectum sensum, & hîc & alibi, nonnihil fluctuet, ob summam scilicet loci obscuritatem. Qui tamen nunc, per Dei gratiam, illucescente magis ac magis verbi divini jubare (ut quoq; in Luthero dona Spiritus S. de die in diem incrementa sumserunt) ex sic collatis & discussis sententijs emergit planus atq; perspicuus huiusmodi: Christus secundum humanam naturam ex assumta infirmitate mortificatus, revivificatus autem à divina natura, seu illius spirituali potentia & virtute, ab ipse (in hac *ἐξ ὧν*) seq; vivum ostendendo, victoriamq; suam publicando & promulgando, præconium quasi iudiciale in terrorem fecit animabus seu spiritibus detentis in carcere infernali, maxime illis, qui ex hominibus quor-

Quam, temporibus Nōe, severissimis Dei comminationibus de futuro universali diluvio credere recusabant, & maxime imper-suasibiles erant &c. Consentiant in hac interpretatione Patres, quos recitat Bellarmin. l. 4. de anim. Christi c. 13. Ambrosius, Cyrillus, Athanasius, &c. vocem ἐκόντες, hoc loco, per ostensionem declarantes. E nostratibus vide, si placet, D. Dan. Cram. part. 1. exeg. p. 86. f. Item. 132. 133. Eckard. tract. p. 23. seq. & alios.

Tantum quoq; de Scripturæ testimonijs, Articuli hujus veritatem probantibus, contra quosvis contradicentium & Hæreticorum impetum atq; errores. Consequens nunc est, ut illa, secundum primaria utiliter quaesitorum capita, in apicem & lucem paulò aperrius & distinctius producat; quod fiet *συνοπτικῶς*, & quasi in tabella, paucis inde collectis porismatibus.

I. Πόλις. Personæ descendens Integritas. Quæ consistit in duabus Christi naturis, divina, humana, utraq; salva, non dimidiata, ut sit thesis nostra: Christus secundum utramq; naturam, divinam & humanam, hancq; integram, atq; adeo non tantum ratione animæ, sed etiam corporis, inferos visitavit. Dissentiunt ab hac thesi. 1. qui solum Christi divinitatem, 2. qui ejus tantum animam univ. divinitati hoc peregrisse asserunt, ut Pontificij, Zvingliani, & quidam ex Patribus. Sed Refutantur. 1. ex articulorum symboli Apostolici paritate, de qua B. Lutherus, *Wie ich glaube an den Herrn Christum/ das ist an die ganze Person GOTT vnd Mensch mit Leib vnd Seele ungetheilet/ das er von der Jungfrawen geboren/ gelitten/ gestorben vnd begraben/ also sol ichs hie auch nicht theilen/ sondern glauben vnd sagen/ das derselbe Christus GOTT vnd Mensch in einer Person zur Helle gefahren.* Vid. conc. ejus germ. Torg. Confer & Postill. domest. conc. in Sabb. Pasch. item dictum Augustini l. de Symb. & Confess. lib. Christ. concor, art. 9, 2. ex dictorum supra explicatorum aucto.

authoritate. 1. nempe ex Ephes. 4. 9. 10. Ipse qui descendit, idem est
 qui & ascendit, & vice versa. Ascendisse vero totum Christum extra
 controversiam est. Ergo Item: Incarnatus Christus descendit ad inferos,
 ut ex hoc loco ostensum est. Incarnatus autem Christus constat divina &
 humana natura totis. E. idem constans divina & humana natura totis de-
 scendit ad inferos. Sic & ibidem, ipsa Universalis regni Christi, po-
 stulat, ut non tantum totus Christus in terra prædicatione & miraculis, to-
 tus in cælo omnipresentiæ administratione, sed & totus in inferno diabolis
 & cæteris furibus suam ostentaret. *Ἐξ ὧν.* 2. ex 1. Pet. 3. 18. ubi Christus
Ἐξ ὧν h. e. vivificatus ad inferos abÿsse dicitur, quod non nisi corpore
 & animâ vicissim adniti fieri potuit, adeoque perfecta utraq; natura. Quin
 & 3. ex Psal. 16. v. 10. ubi, quod supra probatum dedimus, vox animæ
 pro tota Christi persona accipitur. Hinc Lutherus in d. conc. Torqz
 Seele heist hic nach der Schrift sprach nicht ein abgetsondert wes-
 sen vom Leibe/ sondern den ganzen Menschen/ etc. Addi & alia
 argumenta possunt, ex personalis duarum in Christo natura-
 rum unionis indissolubilitate, de qua eleganter Gesnerus; Si mors,
 inquit, personale vinculum non dirupit, nec Infernus dirumpere potuit, si
 naturas non diraxit cæli sublimitas, nec divulsit inferni profunditas. Item:
 ex actionum inde dependente proprietate, de qua Canoniz
 Actiones non sunt naturarum (seorsim) sed totius personæ, hoc est, sunt
Ἰεσὺς ὁπρωτὸν seu *Ἰεσὺς ὁπίσθεν* & c. Vide plura apud D. D. Gesn.
 p. m. disp. 14. sup. dicta p. 508. thes. 58. Hutt. in expl. form. p.
 963. Echard. tract. p. 51. Forst. thes. catech. probl. 3
 ex symb. Apost. dec. 4. Cram. in exeg. part. 1. c. 5. quaest
 1. de circ. quis? pag. 133.

II. Πόρος. Inferni profunditas. Hæc ita dicitur,
 non ratione oppositi physici & corporei alienius vel supra illud, quod spectam-
 mus, stellatum, sed ratione & respectu remotionis à conspectu &
 conversatione Dei, in domo non manu facta, sed æterna in cælo) nem-
 pe hyperphysico & spiritali 2. Cor. 5. 1. confer Luc. 16. 26. ubi cæli il-
 lius & inferni, de quo hæc loquimur, oppositio & diversitas (non physico lo-
 corum intervallo sed) *μεγαλὸν χάσμα* & *ἐνεργεῖον* mysticè & hyper-
 physica

D

physice desinitur. Dicit, deinde Inferi (subterranei Phil. 2.) sub terra
 profundissime demersi, possunt, ratione etiam nostri, non quidem
 quatenus in superficie terra habitamus, sed quatenus illorum situs ac
 status nobis nimis est abstrusus, additus & incognitus; in quo
 sensu astipulatur mihi Tertullianus lib. de anima c. 55. Nam quod
 sit certum aliquod $\alpha\sigma\tau\upsilon\pi\alpha\sigma\epsilon\upsilon\epsilon$ $\pi\epsilon\alpha$, in quo Diaboli & reprobi, pro ratione
 meriti, torquentur, & post diem novissimum torquebuntur exquisitius, il-
 lud $\eta\epsilon\gamma\omega$ $\tau\eta\varsigma$ $\chi\alpha\sigma\mu\alpha\varsigma$ seu extra regionem viventium, vel, ut Chrysostomus
 loquitur, alicubi extra hunc mundum, cum scriptura constanter adserimus;
 Physicam verò illud esse, & in terra medullio sive centro herere, uti Bel-
 larmin. cum gregarijs somniat & disputat lib. 4. de Christianim. c. 10.
 illud verò est, quod $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\pi\omicron\varsigma$ negimus. Ecce enim Jesuita, & quotquot
 cum illo facitis! Si terra (una cum suo centro & $\pi\epsilon\alpha$ $\rho\epsilon\sigma\tau\omicron\varsigma$) in die
 novissimo igne conflagrabit, ita ut ei non amplius reperiat locus, utiq; &
 infernus, si in terre centro est, peribit. Verum prius 2. Pet. 3. 10. Apoc.
 20. 11. Ergone & posterius rase Bellarmine? Deliberabis rem, si forte ha-
 sitaveris; & cum ipso de gente Calvã qui salutaminis Aeterni, Peza, Bul-
 lingeri; siquidem melioris vos mentis esse non possum persuaderi ex opposito
 huic (sedi infernali) celo, quod locum facitis super sideralem. Argumen-
 ta Bellarminiana non puto quis facile morabitur, si observaverit. 1. in
 genere, quod inferni & inferorum descriptiones in scriptura intelligenda
 sine nò $\alpha\iota\omega\alpha\varsigma$, sed $\alpha\iota\omega$ $\rho\epsilon\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\delta\omega\varsigma$ & $\alpha\iota\omega$ $\nu\upsilon\gamma\alpha\tau\iota\varsigma$ $\delta\alpha\sigma\tau\omicron\varsigma$, quae verbis
 seculi presentis, per quandam analogiam, rem notat seculi futuri. Refer-
 huc & confer, quae superius dicta sunt ad locum Eph. 2. & quae paulo ante.
 Quibus adde Brenij Canonem, qui sic habet: Cum de rebus spiritualibus &
 caelestibus sermo est, haec vocabula, supra & infra, usurpantur quidem ex
 humana consuetudine, non desiniuntur autem loci; sed dignitate & indi-
 gnitate, maiestate & abiectione, gaudio & horrore, letitia & tristitia. 2.
 in specie ad locum Num. 16. vers. 31. quod distinguendum sit, inter in-
 ferni locum & ejus medium. Medium ibi spectatur, terre videlicet 1.
 aperto, 2. operio, non locus. Etsi ipso illo momento, quo utraq; fiebat, Dia-
 bolus quoq; in infernum turbatores istos rapuit, ubi ubi etiam ille sit, ipse
 plusquam notissimus. Neq; enim statim quae simul sunt & sunt, unum &
 idem sunt. Quid si ignis caelo delapsus eos absumpisset, & in carcerum de-
 misisset.

visi ser, uti praefectos ac milites Regis Achaz. 2. Reg. 1. an inde colligeres,
infernum esse vel in caelo, vel in sphaera ignis? apina! nyga! trixa! vide
D. Forsterum d. decad. thes. catech. probl. 1. Geinert.
d. disp. p. 482. thes. 11. &c. Lobeck. in ex. thes. & anti.
thes. 1. Hutt. in form. pag. 945. f. Cram. part. 1. exeg.
cap. 5. quaest. 3. de circ. ubi. pag. 166. Echard. cap. 7.
tract. p. à 58. ad 64. & habebis pleniorum reliquorum etiam argu-
mentorum consuetudinem.

III. Πόρος. Temporis opportunitas. Conside-
rari illa dupliciter potest, ratione initiij & ratione tractus, Initium tēporis
collocatur in ipso Resurrectionis momento, Resurrectionis, inquam, late &
generaliter sumpta, vivificationem seu vitæ recuperationem velut actum
primum ostendentis. Nam strictè & proprie dicta, non tam
vitæ recuperationem, quam ejus manifestationem adeoq; actum secundum
(si Metaphysicè diceres) notat. Vide Act. 10. 40 & confer exemplum
surrectionis è strato, ac evigilationis è somno. Vita autem Christi mani-
festatio primitus in inferno contigit, & quidem in magno illo terre motu, qui
summo mane ante solis exortum die paschali evenit, pie & probabiliter
sic sentientibus Patribus. Postmodum cum Oriente Sole & ipse Sol justitia
Malach. 4. 2. redirens quoq; hominibus & toti terrarum orbi illuxit, sicut
post 40. dies in caelo beatis quoq; spiritibus se suamq; gloriam ostendit actum
illo solemnè adscensionis. Sententia itaq; nostra hæc est, Descendisse Chri-
stum ad Inferos post sepulturam, & ante resurrectionem, seu statim ab initio
ζωοποίησιν, que ἀναστάντων late sic dicta principium est, & sepultura
finis. Contra obstruunt, qui contigisse descensum ajunt, vel ante mortem
in horro & totis passionis tempore, ut Calvinus lib. 2. instit. c. 16. §. 12.
vel 2. illo momento, quo in cruce facta fuit animæ & corporis dissolutio,
ut Petrus Martyr tom. 1. loc. Aret. in probl. ex Euseb. Emissen.
serm. de Resur. vel 3. post mortem, quiescente adhuc in sepulchro cor-
pore. Ita Scholastici Romanenses, Patres nonnulli & alij, alias orthodo-
xi, qui totum Christum secundum utramq; naturam fuisse in inferno modo
supernaturali & præsentia illocali, ratione unionis personalis, interim, ani-
mam & corpus ipsius localiter quoq; fuisse separata morte adhuc durantes
scribunt. Verùm obstat hiis 1. ordo articulorum Symboli A-

postolici perspicuus. Descentu Christi ad inferos inter sepulturam & resur-
 rectionem intercalas, que rite servare, no temere inverti debet. 2. statis exalti-
 onis Christi Majestatis. Descensus enim Christi ad inferos est actus tri-
 umphi. Triumphus autem agitur de hostibus non superandis sed supera-
 tis, non a captivo sed a libero, non mortuo, sed vivo. Christus ergo re-
 divivus (& post partam victoriam) ad inferos descendit. 3. dicti Petri
 1. epist. 3. 18. consensus, ubi Christus dicitur & mortuus & abuisse
 ad spiritus in carcere. At corpore in sepulchro adhuc jacente & mortuus & de-
 dici nequit. E. Ultime sententia in specie opponi argumentum ejusmodi
 potest: Si corpus Christi naturaliter & localiter jacuit in sepulchro
 mortuum, personaliter autem & illocaliter fuit in inferno, Christus damna-
 tis tam spiritibus quam hominibus corpus ostendit aut vivum aut mortuum.
 Si vivum, quomodo mortuum in sepulchro? num unum idemq; corpus co-
 dem tempore & vivum & mortuum est? Sin mortuum, quomodo se in in-
 ferno martis victorem ac spoliatorem ostendere voluit? Viden' absurdita-
 tem? Ita ratiocinatur CL. Dn. Praes. Praes. d. disp. & q. §. 5. Huc-
 usq; temporis initiam. De tractu, seu mora in inferno tracta, si quis
 porro quaesierit, expedita & brevis in proptu est responsio fuisse eam, aut nullam
 aut perexiguam, quod omnia in instanti momento, & ista oculi, peracta pie-
 credantur, quia descensio illa facta r. ab illo, qui non amplius subjacebat
 naturae infirmioris necessitati & legibus. Quod refero, quod Petrus d. 1.
 contigisse eam in spiritu, & triangula, & Paulus 1. Cor. 15. post induam
 corporis & periculis, seu incorruptionem, adde & impassibilitatem & sub-
 tilitatem adstruunt, 2. quia facta apud & contra illos, qui sunt
 extra conditionis hujus mundae pomaria, & 3. in illo seculo, ubi nec tempus
 nec locus secundum praesentis seculi modum & cursum. In quam rem Luth-
 rus noster: Quicquid, (inquit c. 9. super Eccles.) extra hanc vitam
 est, extra locum est, sicut & post resurrectionem exemi eri-
 mus a locis & temporibus. Et poterit res tota exemplo fieri illustrior,
 si attendatur historia Matt. ac Luc. 4. v. 8. seq. Ubi Diabolus Christo o-
 mnia mundi regna, etiam remotissima, & omnem eorundem substantiam
 potestatem ac pulchritudinem & τῶν ἑσθῶν, hoc est, in minimo tempo-
 ris punctillo, ante oculos sillebat, quam accuratissime. Quid si hoc Di-
 abolus potuit ergo Christum, quidni hoc Christus potuerit contra Diabolum?
 Vide D. Cramer part. 1. exeg. c. 5. q. 7. circ. quando p. 201.
 &c. lib. lutt. d. lib. pag. 958. f. Echard. p. 45. seq.

IV. Pl.

IV. *ὁμοίωμα*. Modi proprietas. *Picus Mirandulæ*
 in Apol. nongentiarum suarum thesum de omni re scri-
 bili Romæ propositarum, *Descensum Christi ad Inferos* factum
 scribit, per modum essendi substantiarum separatarum, quæ opinio falso nimirum fun-
 damento, de sola anime migratione, id quod superius eversum. Nos acti-
 onis hujus infernalis modum dupliciter considerari posse statuimus. 1.
γενικῶς seu genericè. 2. *ειδικῶς* formaliter seu specificè. Quod ad
 formalem rationem & circumstantias specialissimas, utro largimur,
 cum Luthero & concordie Autoribus, explicari cum haud posse, cum res sit
 ἐν τῷ 15 τῷ πνεύματι. *Ἰεζ* & seculi alterius, captum nostrum terrenum
 & abjectum in presenti hoc seculo longissime superans, adeoque, reservanda
 divinæ sapientiæ in Academia celesti. Ne verò denuo audite cogamur,
 quod olim Jesuitam Buscum eructasse disp. de desc. ad inf. habit.
 Coloniae an. 86. supra sesquimill. thes. 65. apud Dn. Hutterum
 invenio, (etsi in aliorum applicet) nempe, Concordie Autores nescire quid
 credant, siquidem ignorare se profiteantur, quomodo Christus ad Inferos de-
 scenderit, Age, saltem quoad genus *παχυλῶς* & qualitercumq; ductus
 scripturae hæcenus evolutæ, rem delineabimus, ita : utpote quod facta sit.
 1. modo non passivo, sed activo, ad modum non captivorum sed captivantis,
 non succumbentium, sed de captivitate dominanter triumphantis Herois,
 neq; id in Inferorum solatium, respirationem & gratiam, sed horrorem,
 tremorem & ignominiam. 2. ἐν πνεύματι, item ἐν ἀφροδίτῃ καὶ ἀ-
 Ἰερασίῃ, id est, ad modum, virtutumq; corporum spiritalium & glorio-
 sorum. 3. cum *πίσθησι*, *ἔξοσι*, & autoritate *θεοῦ τοῦ ὀυῆ* regia &
 militari. 4. ἐν δειγματι, καὶ γυμνασίῃ. & cum quodam decantato *ἐπιμυθίῳ*
 &c. Vide superius adducta testimonia, & confer loc. Psal. 107. 16. Luc.
 11. 22. 2. Pet. 2. 4. Heb. 2. 14. Apoc. 1. 18. Ex quibus tandem omni-
 bus licebit imaginem quandam concipere, & picturam veluti efformare, Re-
 gis, hostium castra à se expugnata & debellata perlustrantis, & victoriae suc-
 trophææ apud eos statuentis, &c. ut sic, aliqua saltem ex parte si non ex-
 toto, in speculo duntaxat & enigmate, si non de facie ad faciem (ut Apo-
 stolus loquitur 1. Cor. 13. 12.) actam hunc theatricum & planè singula-
 rem imueamur. Nam, inquit rectissime Dionysius lib. de coel. hic-
 arch, c. 1. Impossibile est humane menti ad Spiritualem intelligentiam

ascendere, nisi mortalium rerum similitudinibus formisq; ducatur. Quae
 in re scriptura planissime se vobis assimilat. Et Luth. in supra d. concione
 Torg: Wir müssen doch alle dinge die wir nicht können vnd wiß
 sen/ durch bilde fassen/ ob sie gleich nicht so eben zutreffen/ oder
 in der arbeit also ist/ wie mans machet. Ex conceptibus ergo
 res divinae deinceps abstrahantur, τὸ πρῶτον ἡ προπαλαιότης διδάσκει
 τὰρ (monente Apostolo 1. Cor. 2. 13. 14.) Ἐταίσαλα erit. Atq; si tunc
 in generalitate haec, ex ipsis sacrae literae deducta & expressa, Busaeus, cum
 complicibus suis, nondum vult acquiescere, sed adhuc specialiora, exactiora
 omnibusq; suis circumstantiis absolutissima exigit, opponimus ipsi hoc theolo
 gicum ἀξίωμα: Christiane modestiae est, ibi subsistere, ubi Spiritus Sanctus
 nos jubet acquiescere: Et Apostolicum illud Rom. 12. 2. μη ὑπερθεωρεῖ
 σθε τὸ θεῖον θεσβεῖν, ἀλλὰ θεσβεῖν εἰς τὸ σὺνθεσβεῖν; immo illud Salo
 monis Prov. 25. 27. Scrutator majestatis opprimitur à gloria. Confer Clay.
 Dn. Cramerum part. 1. exeg. circ. quid? p. 160. & seqq. Item
 p. 194. & seq. circ. quomodo?

V. Πόρεια. Finis necessitas, & fructus ubertas.
 Conjungimus ista brevitate ergo, non confundimus. Finem praecipue
 ad ipsum Christum, vel etiam inferos, pro diverso respectu, fructum ad nos
 referentes. Quod ergo finem attinet, est hic 1. remotio. 2. positio. Re
 motio, dogmatis tum Flaciani, tum Pontificij. Cetera taceo. Flacius
 part. 1. clay. scrip. sub tit. iofeta p. 453. adsignat finem τῷ Ἰησοῦ,
 ut ibi novus Christus sustineret crucem, cuius eumq; hoc plurimi alij faciunt, ut
 D. Joh. Apinus pastor quondam Hamburg. Zanchius, ipse Calvinus ex par
 te, & ejus affecta: quibus & Ni. A. Cusanum Cardinalem adde, contra
 quem hoc nomine jam olim pugnavit Jac. Faber Stapulensis, argumentis
 sui firmis. Vid. Cram. part. 2. exeg. p. 255. & seq. vel addit.
 in fine exeg. disceptat. ipsius Fabri. Vnum atq; alteram re
 perere libet. 1. ex merito passionis & mortis Christi suffici
 entissimo, cui opinio haec derogat, contra manifestam scripturae verita
 tem. Vide Heb. 10. 10. 14. 16. 26. 1. Pet. 2. 24. Jes. 53. 5. Rom. 5.
 9. 10. Col. 1. 20. 1. Pet. 1. 17. 1. Joh. 1. 7. &c. II. ex statu exal
 tationis, in quo descensus hic peractus, gloriosissimo, de
 quo

quo *ἡμεῖς* sequens. Reliqua, ut & Flavianorum refutationem, vide
apud Cram. d. I. item part. 1. exegem. p. à 42. ad 47. & part.
2. p. à 281. ad 296. Echard. in tract. p. à 68. ad 74. Huert. p.
994. Lobeck. in 9. 5. Gerhard. thes. 152. De Flacio hactenus
Pontificij fingunt sinem *πρωτόκολλον* quidem, sed extra omnem scripturam.
hunc, ut ex limbo, quem commisituntur supremum inferni conclave, ani-
mas piorum V. T. Patrum & caeterorum educeret. Sed quia opinio hæc,
extra, immo contra scripturam, nobis obruditur (vide Joh. 5. 25. Act.
15. 11. Matt. 22. 32.) merito, quâ facilitate adferatur, eadem rejicitur
Vide limbi demolitionem apud Gesnerum pag. 487. thes. 31. &
seq. Hutterum in form. concord. pag. 975. & l. Echard.
pag. 236. ad 43. Cramer. 2. part. pag. à 298. ad 309. Succedat
positio, que talis. I. respectu Christi (desinente Eusebio)
ὁ ἀρχὴν γενεῶν καὶ τῶν αἰώνων κτλ. sic est, ut viris & moribus dominare-
tur. Reges enim, cū inaugurantur, non modò palatia, sed & carceres visitant.
Vide Psal. 110. 2. 2. respectu inferorum, seu furiarum infernalium,
ut illis insultaret obremā victoriā, Osee 13. 14. 1. Cor. 15. 55. eam præ-
sens exerceret, Infernum captivando Psal. 68. vers. 19. Diabolos diffaman-
do Col. 2. 15. incredulos redarguendo 1. Pet. 3. 19. utq; ita in nomine Je-
su steteretur omne genus, non modò caelestium & terrestrium, verùm etiam
inferorum Phil. 2. 9. &c. Quærit: Quo autem fructu, & cui
bono? Resp. Respice totum Redemptionis opus & omnes de Christo arcu-
culos reliquos, in merito Salvatoris nostri unico conspirantes. Vide sis Cra-
mer. part. I p. 80. Distinctius, duplici modo: Catholico seu u-
niversali, qui cedit in totius Ecclesie bonum triplex, in gratia I. suffi-
cientiæ, ut jam certi esse possimus de nostro Messia, quippe qui nostræ cau-
sæ, & ut adimpleretur scriptura, omnes effusij sui partes exequi, adeoq; Infer-
num etiam adire voluit Lobeck. in 9. thes. 6. 2. victoriæ, ut jam
nihil damnationis super sit illi, qui sunt in Christo Jesu Rom. 8. 1. Christus
namq; inferni potentiam destruxit, Diabolum & adhaerentes perpetuū cate-
nis tenebrarum colligavit, atq; ita nos ab inferno, cui propter peccatum ad-
judicati eramus, & à potestate ac tyrannide Diaboli, in aeterna libertatis
inestimabile bonum adferuit. Vide Form. conc. art. 9. ex Osee 13. 14. 1.

Or. 15. 5. &c. Addunt alij gratiam misericordiae, quam non minus in hoc, quam alijs Saluatoris nostri operibus conspici, ipsa docet sufficientia, ipsa docet victoria. II. Prærogativo & singulari, qui ad quosdam tantum redundavit, virtute Christi descendens è mortis repagulo eductos. Ex inferni quidem loco illos reditu suo non eduxit, reduxit tamen in vitam, in vitam, inquam, caelestem & aeternam. Erant enim ipsorum corpora, noviter acquisita spiritali natura, à *Φαυλ. Luc. 24.* & apparebant quibus volebant *Matt. 27. 53. &c.* Vide plura ap. *Dn. Gesner. disp. 15. in form. concord. p. 516. & confer Cram. part. 1. exeg. p. 385. circ. cur?*

VI. & *Ἐπιπέλασμα*. Status majestas, quae consequitur ex præcedentibus omnibus ultro. Pertinet ergo hæc Christi descensus ad statum non Exinanitionis seu patientiæ, sed Exaltationis & potentiae, ad statum non miseriæ & humilitatis, sed gloriæ & Majestatis. Regredere enim, & paulo, modo attentius, considera superius adducta testimonia singula: Invenies ejus rei argumentorum plus satis. Vide *Dn. Cramerum part. 1. tract. c. 4. pag. 120. & seq. Echard p. 75. 76.* Summa huc redit: 1. ex *Psal. 26.* quæ verba sunt potentiae, gloriæ, fiducia, non patientiæ, ignominiae & dissidentiæ, uti demonstratum. 2. ex *Ose. 13. & 1. Cor. 15.* ubi Christus in & de descensu suo canticum recitat victoriæ ac cæcæ triumphale, indutus è *Φαυλ. 3.* ex *Psal. 68.* quia captivavit captivitatem, nihil captivationis & captivitatis repatiens. 4. ex *Eph. 4.* ubi descendere idem quod ascendere, nempe quæ Majestatem & exaltationem, 5. ex *Col. 2.* quia principatus infernales 1. expoliavit. 2. traxit, & quidem 3. è *πρόπηγοις*, hoc est, confidentia egregia & regia. 6. ex *1. Pet. 3.* quia descendit Christus 1. *ἑωμνήσθης*, hæc est, vitæ restitutio quæ vitæ restitutio initium fuit exaltationis, clausula verò exinanitionis (vide *Phil. 2. 28.*) 2. è *πρόβουλι*, quod Paulus. è *δυναμεις*, eloquitur, estq; idem, quod in Spiritu & virtute, seu, cum potentia ac robore Spirituali. 4. cum *ἰσχυρῶς* seu præconio forensi, qui actus est dominij, directus tum in judicium & confusionem serpentis & seminis ejus, tum in publicationem ac promulgationem suam jam vindicatæ libertatis ac victoriæ. De quibus omnibus supra prolixius.

Nos

Nos hic subsistimus; ac Deo gratias agimus, qui de-
dit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Chri-
stum. 1. Cor. 15. vers. 56.

COROLLARIUM

Vocum singularitas.

Voces articulo huic propriae & peculiare vel ut sim-
plices vel ut conjunctae attenduntur. *Simplices*, duae po-
tissimum occurrunt: 1. Descendere sive Descensus, 2.
Inferi seu Infernus. De voce enim Christi, quae subje-
cti loco praesupponitur, res hactenus est plana.

1. Vox *Descendere*, *Descensus*, duplicem praecipue
habet significationem: Unam *propriam*, estque idem,
quod physicè loco moveri & inferiora petere. Vid. Gen.
46. vers. 3. Matt. 27. vers. 42. Marc. 15. v. 32; Alteram *modificatam*,
& sumitur de Deo, notans manifestationem praesentiae &
potentiae ejus, quandoque *gratiosam* Gen. 46. vers. 4. Exod.
3. vers. 8. quandoque *judicialem* Gen. 11. v. 5. 7. c. 18. v. 2).

2. Vox *Inferorum* seu *Inferni* (Graecè *αἴδης*; Hebr.
Scheól) tria praecipue admittit significata, pro triplici ad
mortem, cui affinis est, *χίσις*. Notat enim, vel 1. *mortis*
ἡγέμενα (antecedentia) nempe pericula, *humiliationes*, do-
lores & angustias sive animi sive corporis in hac vita,
quae mortem vel inferunt, vel ei aequiparantur, vel etiam
praevalent, quales sunt, imprimis, Conscientiae terrores,
quos experientur, tam pij quam impij, sed impij in de-
sperationem, & velut ignis infernalis *πρωτόμυστα* (exem-
pla vide Gen. 4. v. 13. Matt. 27. v. 3.) Pij verò tantum
in probationem & spem, ut fidei, invocationis & patien-
tiae *σοφίασμοστα* (Vid. Prov. 17. v. 3. Rom. 5. v. 4.) Pertin-

E

nent

nent huc loca 1. Sam. 2. v. 5. 2. Sam. 22 v. 6. Psal. 30. v. 4. 86. v. 13. 116 v. 3. &c. 2. *Mortis συναρμόμενα* (con-
 xa) hoc est, ipsum mortuorum statum bonis & malis in-
 differenter communem, seu, viam universæ carnis (Josuæ
 13. v. 14.) absq; respectu ullius consequentis vel poenæ
 vel præmij. Referuntur huc Gen. 37. v. 35. c. 42. vers.
 38. Pl. 89. v. 49. 1. Reg. 2. vers. 6. & 9. 3. *Mortis ἐπι-
 μένα* (consequentia) hoc est, poenam impiorum interna-
 lem & damnationem æternam, adeoq; πᾶς etiam damna-
 torum, seu Infernum ipsum, exquisitè & πρώτως sic di-
 ctum, statui & τῶ πᾶς Beatorum è Diametro oppositum.
 Huc collocanda dicta Num. 16. v. 33. Deut. 32. v. 22. Job.
 7. v. 9. Pl. 31. v. 18. 49. v. 15. Prov. 27. v. 20. c. 30. v. 16.
 Es. c. 28. v. 15. Item Luc. 16. v. 23. Apoc. 20. v. 13.

3. Ex simplicibus post *Conjuncta* seu composita
 phrasis, *Descendere ad Inferos* (καταβῆναι εἰς ᾅδης) nasci-
 tur. Hæc varijs modis apud Patres & prophanos Au-
 tores usurpatur. E superius citatis & similibus scripturæ
 dictis tres ex voce Inferni resultantes emergent: 1. ut
 sit idem, quod *gravissimis periculis & tentationibus affigi*, nec
 non quandoq; in ijs succumbere, 2. idem, quod *mori* vel
 in statum mortuorum devenire, 3. idem, quod *venire ad se-
 dem damnatorum*, & ut plurimum æternam in ea mortem sub-
 ire, ac pati infernales cruciatus; *Ut plurimum* dico, quia
 hoc respectu *Descensus* alius est *succumbentia & poenalis*, alius
victoria & triumphalis. Ille impijs *judicatis* inq; *Infernum*
deturbatus (attende vocem καταβῆναι εἰς Mat. 11. v. 23. Luc.
 10. v. 15.) hic Christo *judici* ad Inferos liberè *descendenti*
 (confer voces κατέρχεσθαι, καταβῆναι, προεἰσελθεῖν, ex Symb.
 Apost. Eph. 4. v. 9. 1. Pet. 3. v. 18.) competit. Sic aliàs
 quoq; *Christi descensus* alius est *Metaphoricus & passivus*, qui toto
 exinanitionis, potissimum verò, *passionis tempore*, in
 Christi

Christi anima & corpore fuit conspicuus, doloribus ter-
roribus & angustijs verè infernalibus acerbissimis (Vid.
Pl. 18. v. 6. 49. v. 16. 86. v. 13. & alibi) Alius *realis & activus*,
qui, superatis doloribus mortis & Inferni, enter, præsen-
ter potenter, in ipso Inferno contigit, de quo hæcenus, &
in Symbolo Apostolico.

*Ne pagella vacaret, visum fuit Patrum quorun-
dam, de descensu ad inferos, orthodoxa
testimonia adjicere.*

Albini l. 3. de Trinit. c. 16.

Christi in Infernum descensus, nature utriusq; divina & humana, a-
num fuit opus.

Augustini l. de Symb.

Totus Filius apud Patrem, totus in celo, totus in terra, totus in utero
virginis, totus in cruce, totus in inferno.

Chrysoctomi (serm. de præm. sanct.

Ubi sit infernus curiose queritur; quomodo penas ejus effugere possi-
mus, utilius cogitatur.

Augustini l. 20. de civit. Dei, c. 16.

Ignis infernalis cujusmodi, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit,
hominem scire arbitror neminem, nisi fortè cui Spiritus divinus revelarit.

Ejusdem.

Ideo sub terris dicuntur Inferi & creduntur, quia congruenter, in Spi-
ritu per illas corporales rerum similitudines sic demonstrantur.

Prosperi de promiss. Dei c. 8.

Deum descendere, est, actus nostros inspicere, & sensibus nostris appro-
pinquare.

Augustini tom. 5. op.

Descendere dicitur Deus, cum aliquid facit, quod, præter usitatum na-
ture cursum mirabiliter factum, præsentiam quodammodo ejus ostendit.

Ambrosii in c. 4. ad Eph.

Triumphato Diabolo Dominus descendit in cor terra, ut ostensio ejus ef-
ficeret prædicatio mortuorum.

E

4

Ignatij

Ignatij in ep. ad Traill.

Christus solus quidem in Infernum descendit, cum multitudine autem inde redijt. & septum illud, quod à seculo erat, dirupit, in aëriemq; susculit.

Fulgentij l. 3. ad Thrasimundum.

Illuc usq; homo à Deo sine peccato susceptus descendit, quo usq; homo separatus à Deo peccati merito ceciderat, id est, ad Infernum, ubi solebat peccatoris anima torqueri, sic tamē, ut inferni doloribus anima ejus nō torqueretur.

Cypriani in expl. Symb. Apost.

Bonitatem in hoc intellige creatoris, qui eo usq; miserando descendit, quo usq; tu peccando dejectus es.

Honorij Venantij in symb.

Christus descendens ad Inf. injuriam non perulit, quod fecit causa clementiæ. velut Rex intrans carcerem, non ut ipse teneretur, sed ut noxi (nos quæ reatum in Inferno captivi) solverentur.

Cyrilli:

Exterrita mors est videns novum quendam descendente in infernum, vinculis, quæ illic sunt, non ligatum. Quæ de causâ ò portæ inferni quid exhorruistis? quis insuetus vos cepit timer?

Bonaventuræ:


Fuit Christus in loco pœnæ, sed sine pœna.

Athanasij cont. Apoll.

Christi (in infernum) descensus, noster (in cælum) est ascensus.

Fiat! Dòmine Jesu, fiat!





Nos hic subsistimus; ac Deo gratias ag-
dit nobis victoriam per Dominum nostrum
stum. 1. Cor. 15. vers. 56.

COROLLARIUM

Vocum singularitas.

Voces articulo huic propriae & peculiare
plices vel ut conjunctae attenduntur. Simpli-
tissimum occurrunt: 1. Descendere sive Inferi
seu Infernus. De voce enim Christi
sti loco praesupponitur, res haec est pla-

1. Vox *Descendere*, *Descensus*, duplicem
habet significationem: Unam *propriam*, quae
quod physice loco moveri & inferiora petere
46. vers. 3. Matt. 27. vers. 42. Marc. 15. v. 32; Alteram
& sumitur *de Deo*, notans manifestationem
potentiae ejus, quandoque; *gratiosam* Gen. 46.
3. vers. 8. quandoque; *judicialem* Gen. 11. v. 5. 7.

2. Vox *Inferorum* seu *Inferni* (Graecum
Scheól) tria praecipue admittit significata, p-
mortem, cui affinis est, *χίσα*. Notat enim
ηγύμνα (antecedentia) nempe pericula, *hum-*
lores & angustias sive animi sive corporis i-
quae mortem vel inferunt, vel ei aequiparant
praevalent, quales sunt, imprimis, Conscientia
quos experiuntur, tam pij quam impij, sed
operationem, & velut ignis infernalis *ωσείν*,
pla vide Gen. 4. v. 13. Matt. 27. v. 3.) Pij vero
in probationem & spem ut fidei, invocationem
tia *γυμνάσματα*. (Vid. Prov. 17. v. 3. Rom. 5.

E

